



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De obseruatione Quadragesimæ. Cap. i.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. Burchardi

ECCLESIAE VVORMA- ciensis Episcopi, de Ieiunio, De- cretorum Liber XIII.

ARGVMENTVM LIBRI.

Libro hoc de obseruatione vtilitateque Ieiunij, maxime
autē de ieiunio Quadragesimali, Quatuor tēporū, aliorūque
ab Ecclesia institutorum, & eorūdem violatoribus, agitur.

De obseruatione Quadragesimae. Cap. I.

Ex epist.
Grego.
papa.

Q Vadragesima sūma obseruatione est obser-
uāda, vt ieiunium in ea prater dominicos
qui de abstinentia subtracti sunt, nisi quae in
firmitas impederit, nullatenus soluantur
quia ipsi dies decimae sunt anni. A prima
igitur dñica Quadragesimae vsq; in Pascha dñi sex hebdomadae
computatur, quarū videlicet dierū XL. & II. fiunt. Et
quibus dū sex dies dñici abstinentiae subtrahuntur, nō plura
abstinentia quam triginta & sex dies remanent. Verbiginti-
tia: Si per CCC. XLV. dies annus ducitur, nos autem per
XXX. & VI. dies affligimur, quasi anni decimas Deo de-
mus. Et vt sacer numerus quadraginta dierum adimpleat-
tur, quem Saluator noster suo sacro ieiunio consecrauerat
quatuor dies prioris hebdomadae ad supplementum qua-
draginta dierum tollantur, id est, quarta feria, quae caput
ieiunij subnotatur, & quinta feria sequens, sexta & sabba-
tū. Nisi istos quatuor dies superioribus triginta & sex ab-
iunxerimus, quadraginta dies in abstinentia nō habemus.
Iubemur etiam ab omnipotenti Deo, omnium bonorum
nostrorū decimas dare. Quapropter vt omnis decima a no-
bis Deo ritē persoluatur, tollamus decimam anni, & in ea
peccata nostra cōfiteōdo, corrigēdo nos, ieiunādo, vigilādo,

orádo, eleemosynas largiēdo, abstergamus, & carnē nostrā decimem⁹, vt ad sanctū Pascha securi peruenire possimus.

De ieiunio quatuor temporum. Cap. II.

Constituimus, vt quatuor tempora anni, ab omnibus cum ieiunio obseruentur, id est, in Martio, hebdomada prima. In Iunio, secunda. In Septembri, tertia. In Decembri, quarta: quæ fuerit plena ante vigiliam Natalis domini, id est, feria quarta, & sexta, & Sabbato. Veniant omnes ad Ecclesiā hora nona, cū letaniis ad Missarū solēnia.

Quo tempore ad Missam flectamus genua dici debeat. Caput III.

Ex cōcil. Mogūti. cap. 2.

VT presbyteri plebibus anuūcient, quod in Quadragesima & in ieiunio quatuor tēporum tantummodo ad Missarum solēnia genua flectere debeant. In dominicis contra diebus vel cæteris festis, à vespera vsq; in vesperā non flectant genua, sed stantes incuruati orent, nec quiscumque vno genu solotenus impresso orare præsumat, sicut Iudæi irridentes dominum in passione eius fecisse leguntur, sed vtraq; genua terræ figat. Ait enim Apostolus: Flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi.

Ex cōcil. Arelia. cap. 14.

De illis qui indictum ieiunium contempserunt.

Caput IIII.

SI quis indictum ieiunium superbiendo contempserit, & obseruare cum cæteris Christianis noluerit, in Gāgenſi concilio præcipitur, vt anathematizetur.

Ex cōcil. Mogūti. cap. 5.

De eadem re. Caput V.

SI quis eorum qui continentia student, absque necessitate corporea, tradita in commune ieiunia, & ab Ecclesia custodita superbiendo dissoluit, stimulo suæ cogitationis impulsus, anathema sit.

Ex cōcil. Gangrē. cap. 19.

De letania maiore quomodo obseruanda sit.

Caput VI.

Placuit nobis vt letania maior obseruanda sit à cunctis Christianis vno die VII. Calan. Mai. sicut in Romana Ecclesia constitutum reperimus, & sicut sancti patres nostri cōstituerunt: nō equitādo, nō preciosis vestibus induti, cinere resperſi, & cilicio induti, nisi infirmitas impedierit.

Ex cōcil. Mogūti. cap. 6.

De ieiunio rogationum. Cap. VII.

Ex cōcil. Arelia. cap. 6.

VM exigētib; peccatis, Galliarum populi luporum & canum rabie acriter interimerentur, ne huius flagelli alii